



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

200. Ut omnis Presbyter qui Ecclesiam regit, thuribulum & incensum  
habeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

posterum hoc facere præsumat; sed aut ipse cum reverentia sumat, aut Diacono vel Subdiacono, qui ministri altaris sunt, colligenda tradat. Illud etiam attendat, ut eos propria manu antè communicet. Nulli autem laico aut feminae eucharistiam in manibus ponat, sed tantùm in ore cum his verbis: *Corpus & sanguis Domini profit tibi ad remissionem peccatorum & ad vitam æternam.* Si quis hæc transgressus fuerit, quia Deum omnipotentem contempnit & quantum in ipso est inhonorat, ab altari removeatur.

Ut omnis Presbyter qui Ecclesiam regit, thuribulum & incensum habeat.

*Vnde suprà.*

Burchard. lib.  
3. c. 227. ex  
Concilio Ro-  
tomag. c. 1.

CC. Ut tempore quo evangelium legitur, & finito offertorio, super oblationem incensum, ut in mortem videlicet redemptoris, ponatur.

De prædicatione Presbyterorum. *Ex Capit. lib. tit. LXXVI.*

Lib. 1. Capitular. c. 82.

\* Editio Hel-  
mestad. nova  
aut inusitata  
aliq.

CCI. Sed & unicuique vestrum videndum est, dilectissimi & venerabiles pastores Ecclesiarum Dei, ut Presbyteri quos præmittitis per parochias vestras ad regendum & prædicandum per Ecclesias populum Dei, ut honestè prædicent, & non sinatis \* nova vel non canonica aliquos ex suo sensu & non secundùm sacras scripturas fingere & prædicare populo. Sed & vosmet ipsi utilia, honesta, & recta, & quæ ad vitam ducant æternam, prædicare; aînos quoque instruite, ut hæc eadem prædicent.